



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Unus Pro Omnibus, Hoc est: Christus Jesus Dei Filius

Ginther, Anton

Augustæ Vindelicorum, 1733

VD18 12431648

Consideratio XXX. Christus in cruce pendens, velut Job, vir dolorum, & plenus vulneribus consideratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45934](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45934)

CONSIDERATIO XXX.

Christus in cruce, velut Job, vir dolorum
& plenus vulneribus consideratur.

Concidit me vulnere super vulnus. Job. 16. 15.

I.

Job. 1. 3.

Job vir ille magnus inter omnes Orientales, imò Rex, Sacerdos, Propheta & Martyr insignem quondam Christi in cruce patientis typum gessit, dum illum non dumtaxat tortor stygius omnibus spoliavit bonis, sed & à planta pedis usque ad verticem capitis *ulcere pessimo* percussit, ac in omne hujus patientissimi viri corpus crudelissime deserviit, quem tandem omnino extra domum ac civitatem suam ad sterquilinium, vilissimum locum, ubi omnes sordes & stabulis & domibus egestae acervabantur, ejecit; audi ipsum loquenter & immensos animi corporisque dolores graphicè explicantem:

Job. 16. 14.

Circundedit, inquit, me lanceis suis, convulneravit lumbos meos, non pepercit: effudit interram viscera mea: concidit me vulnere super vulnus: irruit in me quasi gigas &c. In quo, subintrat hic Tirinus, Christi typus fuit vulneribus pleni, & extra urbem in Calvario monte crucifixi; unde dicit Isaías:

Isa. 53. 8.

Propter scelos populi mei percussit eum, & iterum: Ipsi autem vulneratus est propter iniurias nostras, attritus est propter sceleras nostras, disciplina pacis nostra super eum, & livore eius funati sumus.

2. Videamus nunc inter typum & antitypum, inter Jobum & Christum pulcherrimam quandam analogiam.

Job. 1. 3.

Job non vulgaris homo, sed ditissimus princeps Idumææ fuit, de cuius divitiis ac possessionibus plura enumerat Scriptura: *Et fuit possessio ejus, septem millia ovium, & tria millia camelorum, quingentæ quoque jangibœum, & quingentæ asinæ ac familia multa nimis &c.* Christus de regia stirpe natus, princeps pacis proclamatus est, in cuius manu erant omnes fines terræ.

Job. 19. 13.

Job in calamitate sua ab omnibus amicis erat derelictus: *Fratres meos longè fecerunt à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me; dereliquerunt me propinquai mei, & qui me neverant, oblii sunt mei.* Christus ab intimis amicis

amicis ac discipulis suis partim venditus, partim negatus, ac tandem ab omnibus derelictus est: *Tunc discipuli omnes, relicto eo fugerunt.* Matth. 26, 56.

Job in anima ingentes mœrores, terrores & anxietates tulit: *Sed gitæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores Job. 6. 4.* Domini militant contra me; Christus in horto contristari & mœstus esse coepit usque in finem: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Marc. 14, 34.

Job à propria sua uxore multa sustinuit, à qua irrisus, & contumeliis affectus est: *Halitum meum exborruit uxor mea;* Christus à perfida Job. 19, 17. Synagoga ejectus, accusatus, illusus, & ad mortem damnatus est: *Et repleti sunt omnes in Synagoga irâ, & surrexerunt, & ejecerunt illum extra ci- Luc. 4. 28. vitatem.*

3. Job omnia bona sua perdidit: *Et irruerunt Sabai, tuleruntque ob. I. 15.* omnia &c. Christus nudus crucem ascendit, ubi non habuit, unde caput Matth. 8, 20, reclinaret.

Job cunctas ferè dolorum, morborūmque species patientissime sustinuit, qui restâ saniem radebat. Christus alapas, flagra, spinas, cru- Job. 2. 8. cem, ipsamque necem incredibili patientiâ sustinuit: *Super dolorem vul- Psal. 68. 27.* nerum meorum addiderunt.

Job à Satana in toto corpore plurimis percussus est plagiis: *Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit Job ulcere pessimo, à planta pedis usque ad verticem ejus.* Christus à vertice capitis usque ad talos & plantas à ministris Satanæ concisus est: *A planta pedis usque ad verticem non erat in!sa. I. 6.* to sanitas.

Job quām maximè doluit, quodd ab omnibus esset desertus: *Abominati sunt n.e quondam consiliarii mei; & quem maximè diligebam, aversa- Job 19. 19.* tus est me. Christus in cruce ab omnibus derelictus ad Patrem suspiravit: *Deus meus, Deus meus! ut quid dereliquisti me?* Marc. 15, 34.

4. Job inter omnes dolores quām maximè conquestus est de vulnera lumborum suorum: *Posuit me sibi quasi in signum, circumdedit me ob. 16. 13.* lanceis suis, convulnéravit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra viscera mea. Christus in cruce positus est in signum, cui à malignis omnibus fuit contradictum, ubi impii Deicidæ non solum manus & pedes durissimis clavis ferreis, sed & latus ejus crudeli lancea transfixerunt, ubi impleta est Scriptura: *Videbunt in quem transfixerunt.* Jo. 19, 7.

Jobo Prophetæ vehementer condoluerunt amici ejus sinceri, ubi illum conspicati sunt à capite ad pedes usque tam crudelem in modum plagatum, excruciatum & ulceratum: *Cumque elevassent procul oculos, non ob. 2. 12.* cogoverunt eum, & exclamantes ploraverunt, scissisque vestibus sparserunt cinereum super caput suum. O anime mi! Si servi ac subditæ Domino suo Job in tanta existenti miseria tam lamentabili modo compassi sunt, quo-

Ginther Linus pro omnibus.

P.

modo,

modo, obsecro, nos adeo simus omnis gratitudinis & pietatis immemores ac expertes, ut non Dei Filio nostri amori, atque pro nostra salute crucifixo, ex animo condoleamus? O nos miseros! Sic videlicet *justus perit, & non est, qui recogit et in corde suo;* Et neque tu, ô mi Lector?

Ila. 57. 1.

5. Cæterum Job omnibus sœculis à DEO, tanquam invictæ patientiæ speculum, in sacra Scriptura fuit propositus, ad quem debellandum Orcus omnes suos exeruit vires, omnesque tetendit laqueos, ut eum caperet ac perderet, sed his non obstantibus cunctis temptationibus, Job evasit vîctor & triumphator de mundo, carne, dæmone. Sed unde, quælo, tanta in infirmo virtus? Ipsum percipiamus: *Scio, inquietabat, quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.* Ecce Job Propheta à DEO superiori illustratus lumine, tunc in suis existens miseriis, non obscurè suum, & orbis prævidit Redemptorem, longè plura pro homine indigno patientem; hæc spes redemptionis humanæ & suæ ipsum in Oceano tormentorum natantem mirè consolabatur, & ad omnia adversa patientissimo animo toleranda excitabat.

Job. 14. 25.

Et quis, obsecro, in adversis constitutus & oneratus infirmitatibus, spem suam dejiciat, si pio mentis oculo Redemptorem suum in cruce suffixum contemplatur? Quid enim vides in crucifixo amore tuo, quod non suos habeat cruciatus? si caput intueris? plenum est vulneribus & aculeatis fauciatum spinis; Si oculos? natant in sanguine permixtis lacrymis; Sigenas? conspurcatæ sunt sputis foetidis & turpissimis phlegmatibus; Siaures? saturatæ sunt opprobriis & subsannationibus; Si labia? amaricata sunt selle & aceto; Si collum? inclinatum est ex tot laboribus & defatigationibus; Si humeros? pleni sunt doloribus ex tot percussionibus & ponderosa crucis bajulatione; Si brachia? ab extensione trium horarum in cruce rigescunt, luxantur; Si manus ac pedes? perforati sunt clavis trahitibus; Si cor? transfixum est crudeli lanceâ; si totum denique corpus? à plânta pedis usque ad verticem plenum est plagis ac vulneribus; & nondum amas, ô anime mi, talem ac tantum tuum Redemptorem?

Job. 6. 2.

6. Job, ubi Christum, tanquam novissimum virorum & virum dolorum in spiritu prævidit in crucis statera appendendum, in qua merita & demerita universorum esset libraturus, petiit & ipse in calamitate sua in hac statera appendi: *Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam parior: quasi arena maris hac gravior apparet.* Statera, ait Ecclesia in hymno de S. Cruce, ipsa crux est Dominica: *Beata, cuius brachii, gretium pendit sœuli: statera facta corporis, multaque prædam taxat.*

Soler

Solet autem statera non tantum habere crucem, sed & duas lan-
ces, in quibus omne pondus libratur, quarum si una lanx ob gravita-
tem rei libratae deorsum ad terram deprimitur, lanx altera vicissim
sursum & in altum erigitur, unde recte ei pro lemmate inscribes: *Hu- Philipp. 2. 8.*
militat, & Exaltat. Et nunquid Christus Dominus humiliavit semetipsum,
factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis? Et quid sequitur?
Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne
nomen, ut in nomine IESU omne genu flectatur &c. Disce ex hoc quantum
te debeas in hac vita humiliare, si velis cum crucifixo Servatore tuo
in altera exaltari; si enim hic ex una lance deprimeris, ex altera parte
apud DEUM surgis & exaltaris, nam ille est, qui pauperem facit, & dicit, *I. Reg. 2. 7:*
humiliat, & sublevat.

7. Job denique, velut novus Phœnix post exantlatam & supera- *Job. 42. 10.*
tam tantam calamitatem quasi à mortuis surrexisse sibi visus est, dum
omnia bona sua duplicita cum perfecta sanitate recepit, novusque Rex
Idumæorum salutatus est. Christus devicta morte gloriosè resurgens
à Patre omnia centuplicia recepit, & Rex vivorum atque mortuorum
constitutus est. Vides nunc anima mea, quām verum sit illud S. Ja- *Act. 10. 24.*
cobi: *Exemplum accipite fratres, exitus mali laboris & patientia: Prophetas, Jacob. 5. 10.*
qui locuti sunt in nomine Domini; Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt:
sufferentiam Job audistis, & finem Domini vidistis, quoniam vi-
sericors Dominus & miserator &c.

CONSIDERATIO XXXI.

Jeremias in pluribus fuit typus crucifixi
JESU, pientissimi Redemptoris nostri.

*Mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de
terra viventium. Jerem. II. 19.*

I.

Jeremias jam in utero matris sanctificatus, & omnis lethi illis crimi-
nis per totam vitam expers, in his terribus expressissim is typus Chri-
sti JESU crucifixi extitit. Videamus inter utriusque vitam &
mortem pulcherrimam analogiam.

P. 2

Jere-